

Zibaldone 9: Scuola di S. Liberale (carte 161.- 167.)

9.1 - Statuto 1360. (c. 161. - 163.)

Statutum Scholae S. Liberalis erectae in Ecclia Tarvisina.

ex cod. pergameno tabulis et corio rubro cooperto, originali, ut videtur in dicta scola existente.

(settimo fascicolo - carta 161.)

Rubrica de receptione confratrum in dicta Scola:	Cap. I.
R/. de non recipiendo aliquem, vel aliquos in dicta scola sine lic. of.:	Cap. II.
R/. de faciendo universale Capitulum, et de modo eligendi officiales eiusdem Scolle:	Cap. III.
R/. de Missa celebranda per Sacerdotes Scolle:	Cap. IIII.
R/. de eundo ad mortuos confratres:	Cap. V.
R/. de visitando infirmos	Cap. VI.
R/. de levando tabulelas	Cap. VII.
R/. de oblatione S. Liberalis, et de designatione bonorum dicte Scolle:	Cap. VIII.
R/. de veniendo ad Capitulum dicte Scolle:	Cap. VIII.
R/. de eundo ad sepulturam persone non existentis in dicta Scola:	Cap. X.
R/. de salario Not. et decani dicte Scolle:	Cap. XI.
R/. de pacificando discordes:	Cap. XII.
R/. de convocacione Capituli	Cap. XIII.
R/. de Missa S. Spiritus, et de legendo Statuto:	Cap. XIII.
R/. de Missa Mortuorum:	Cap. XV.
R/. de eodem:	Cap. XVI.
R/. de portando corpora ad sepulturam:	Cap. XVII.
Rubrica per quot confratres debent, et possit congregari dicte Scolle:	Cap. XVIII.
R/.a de additione pacificandi discordes, et privandi inobedientes:	Cap. XVIII.
R/.a de domo emenda, et mag. ro, et scolaribus retinendis etc.:	Cap. XX.

(il resto della pagina è bianco)

(- carta 161., tergo)

In nomine S. ce et individue trinitatis, Patris, et filii, et Sp. i Sc. i. amen. in honore sacratissimae marie semper virginis, nec non gloriosissimi Principis Ap. lorum Petri, in cuius reverenda catredali ecclesia tarvisina beatissimi liberalis confessoris devotissimi venerabile corpus feliciter requiescit: ad quorum devotionem et reverentiam, beatissimorum scilicet petri ap. li et liberalis confessoris, ceterorum nostrorum affectus allicere cupientes, de voluntate, et mandato reverendissimi in x. to p. ris, et D. ni D. ni petri, Dei, et ap. lice sedis gratia e. pi Tarvisini. Currente anno D. ni Mill. o trecentesimo LX. indictione tertia decima, de mense maii ipsorum beatissimorum petri ap. li et Liberalis confessoris congregationis, seu scolle ordinationes et statuta taliter ordinamus.

(continua nella metà pagina di sinistra)

I. R. a de receptione confratrum in dicta scola.

In primis statuimus, et ordinamus, quod in ipsa scola possint recipi clerici, et layci homines, et mulieres, dummodo bene, et ordinate vivant, sicut decet Xpi. anos fideles, et nullus vivens in peccato mortali notorio in dicta scola recipiatur; et si quis homo, vel mulier de dicta scola inventus fuerit vivens in peccato mortali notorio, . . .

per rectores ipsius scolle de dicta scolla expellatur; et unusquisque volens intrare dictam scollam, decem soldos denar. parv. masculus, et viginti soldos par. mulier Massario dicte scolle pro intratura eiusdem scolle solvere teneantur.

II. Rub. de non recipiendo aliquem, vel aliquam in dicta scolla sine lic.a of.i.

Item statuimus, et ordinamus, quod gastaldiones dicte scolle, non possint, nec valeant recipere aliquem, vel aliquam in dicta scolla sine officialium dicte scolle licentia, et consensu sub pena, et in penam decem sol. den. par. totiens, quotiens fuerit contrafactum.

III. R/. de faciendo universale Capitulum,
et de modo eligendi officiales eiusdem scolle.

Insuper ordinamus, et statuimus, quod quintadecima die ante festum S.ci et b.ti liberalis de mense aprilis fiat universale Capitulum, dicte scolle, in loco ubi fit Cap.lum Eccl.ie Catredalis, in quo Cap.lo eligantur Officiales dicte scolle, vid. duo gastaldiones, quattuor consilarii, unus Massarius, unus notarius, duo auditores condempnationum, et unus decanus, et quod dictus Massarius bonam securitatem centum libr. den parv. dicte scolle prestare teneatur et debent; qui officiales sint uno anno in dicto officio permansuri.

IV. R/. de missa celebranda per sacerdotem scolle.

Volumus, et ordinamus, quod per Sacerdotes ipsius scolle tertia die dominica cuiuslibet mensis missa in honorem b.ti Liberalis devotissime celebretur super altare, ubi corpus ipsius requiescit, et cerei, et cetera ad missam necessaria secundum possibilitatem ipsius scolle, et discretionem officialium preparantur; et una lampas ante altare b.ti Liberalis, que continue ardeat ob reverentiam corporis Xp.i et b.ti liberalis, et quod officiales dicte scolle ad dictam Missam accedere teneantur.

V. Rub/. de eundo ad mortuos confratres.

Decernimus, et statuimus, quod si quis ex fratribus, aut ex sororibus dicte scolle obierit in civitate Tar. denunciatur omnibus dicte scolle fratribus per Decanum, et omnes conveniant ad domum ipsius defuncti (*sic*) seu defuncte ad exhibendum sibi honorem, ut moris est . . .

(*continua nella metà pagina di destra*)

in Civit. Tar. sub pena, et in penam unius grossi pro quolibet, cui denunciatum fuerit, et qualibet vice.

Cerei vero, et cetera funeralia secundum possibilitatem dicte scolle, et discretionem dictorum officialium preparantur. Sacerdotes vero dicte scolle teneantur, et debeant celebrare unam missam mortuorum pro quolibet fratre, seu sorore dicte scolle moriente quam citius melius poterit pro morte dicti defuncti seu defuncte. Confratres layci vero dicte scolle decies paternoster, et decies avemaria pro anima defuncti pro quolibet dicere teneantur.

VI. R/. de visitando infirmos.

Statuimus, et decernimus, quod si aliquis ex dictis fratribus et sororibus dicte scolle deveniens ad paupertatem infirmus, seu infirma fuerit, tunc denunciatur gastaldionibus et massario dicte scolle, qui teneantur visitare infirmum, seu infirmam, et visa eius infirmitate, et necessitate, possit sibi dare 20. sol. par. de bonis dicte scolle, et si multum erit indigens tunc teneatur aliis fratribus denunciare ad hoc, ut sibi subveniatur.

Et procuretur super omnia per officiales dicte scolle omnibus modis, et conditionibus, quibus melius potest fieri, ut semper subveniatur pauperibus et infirmis. Et si dictus infirmus, seu infirma esset tanta infirmitate gravatus, ut de eius vita dubitaretur, tunc per officiales dicte scolle deputentur aliqui, vel aliquis ad custodiendum, et serviendum infirmo, seu infirme, quousque transierit de hac vita, vel fuerit in convalescentia meliori.

. . .

VII. Rubrica de levando tabulellas.

Decernimus statuendo, quod omnes confratres, et sorores dicte scolle debeant, salvo justo et legitimo impedimento, interesse Misse, que que (*sic*) per dictam scollam omni mense, die ordinato, ad altare S. Liberalis solepniter celebratur; et quilibet debeat accipere et levare suam tabulellam, et dare et solvere quattuor denarios par. massario dicte scolle pro luminaria ipsius scolle, et quilibet non veniens ad dictam missam unum sol. parvorum dicte scolle pro banno componat, et nihilominus dictos quatuor parvos pro dicta luminaria solvere teneatur: insuper firmantes, quod si quis ex confratribus, vel sororibus ex ignorantia et ingratitude tanti et talis beneficii ad dictam missam quattuor vicibus subsequentibus venire cessaverit, quod habere debeat quattuor puncturas, pro quibus statim quatuor sol. par. et unum sedecinum pro luminaria .quattuor mensium solvere debeat: et si non solverit, et solvere recusaverit de dicta scolla illico cancelletur: Et nihilominus dictas puncturas, et luminariam dicte scolle solvere compellatur.

VIII. R/. de oblatione S. Liberalis, et designatione bonorum dicte scolle
Ordinando firmamus, quod D.ni Gastaldiones Scolle, . . .

(*settimo fascicolo - carta 162.*)

(*metà pagina di sinistra*)

quo (*sic*) d.ni Gastaldiones Scolle S. Liberalis cum omnibus confratribus eiusdem scolle sub pena indignationis S. Liberalis debeant ire ad oblationem S. Liberalis in eius festo ad altare, ubi corpus ipsius requiescit cum uno doplerio sufficiente, quem portare debeat unus ex gastaldionibus dicte scolle, reliqui vero confratres portare debeant unum candellotum pro quolibet, et stare ad misam. Et completa dicta missa, Dicti confratres statim debeant ire in capitulo, in quo dicti gastaldiones, et massarius, et ceteri officiales dicte scolle debeant, et teneantur sub pena viginti sol. par. pro quolibet officiale, aliis gastaldionibus, massario, et officialibus successoribus suis, qui intrabunt et intrare in officium incipient dicta die, omnia bona et rationes predictae scolle integraliter designare.

VIII. R/. de veniendo ad Capitulum dicte scolle.

Volumus, et ordinamus, quod quilibet ex fratribus dicte scolle, qui non venit ad Capitulum, quum audiverit Campanam dicte Scolle, vel citatus fuerit per decanum, duos soldos par. dicte Scolle solvat pro banno.

X. R/. de eundo ad sepulturam persone non existenti (*sic*) in dicta scolla.

Decernimus, et statuimus, quod confratres dicte scolle teneantur, et debeant ire ad sepulturam cuiuslibet persone, que non esset in dicta scolla, et relinqueret de suis bonis dicte scolle quinque libras den. par., et ab inde supra, et facere, et dicere pro ipsius relinquentis anima, et corpore omnia, que fiunt pro quolibet confratre scolle predictae. Et hoc sub pena, et in pena unius grossi pro quolibet predicta minime observante.

XI. De salario Notarii, et decani dicte scolle.

Statuimus, et ordinamus, quod cum quamplures notarii sint in dicta scolla, quod unus ex ipsis in officio pro uno anno continue eligatur, qui officium dicte scolle sub pena obedientie minime valeat refutare. Cui in anno quattuor libr. dnr. parv. de bonis dicte scolle pro salario deputetur.

Decanus vero eiusdem scolle habere debeat pro salario tres libras par. in anno; predictosque officiales ab omnibus predictae scolle factionibus absolventes.

XII. R/. de pacificando discordes.

Mandamus, quod si aliquis confrater dicte scolle sciverit, aliquem ex confratribus vel ex sororibus ipsius scolle habere, seu portare aliquam malam voluntatem alicui alii confratri, vel sorori predictae scolle, quod teneatur, et debeat sub pena inobedientie . . .

d.nis gastaldionibus, et officialibus dicte scolle illico denotare, quod teneantur ipsos discordes insimul, quam citius poterit, pacificare. Et si ipsi, vel alter eorum, noluerint se ad invicem pacificare, et dictis D.nis Gastaldionibus in illo actu aliquo obediens, de dicta scolla talis inobediens, abiectis morulis, expellatur.

XIII.

Convocato Capitulo Scolle S. Liberalis, ut moris est, solepniter congregato, in quo quidem Capitulo interfuerunt due partes confratrum dicte scolle, et ultra, occasione faciendi, et ordinandi infrascriptas ordinationes et statuta pro dicte scolle utilitate, commodo, et honore.

Currente anno Domini M.º IIIc.º LXII.º indictione quintadecima die lune vigesimo septimo mensis decembris existentibus gastaldionibus D.no paulo foza condam nob. Militis D.ni Petri de Magnavacca, et mag.ro Jo.he pelipario civibus Tar. . . .

(continua nella colonna di destra)

infrascripta statuta omnes confratres dicte scolle in dicto Cap.lo existentes unanimiter, et concorditer, nemine discrepante, totaliter ordinauerunt.

XIII. R/. de Missa Spiritus S.ci et de legendo Statutum.

Volumus, et ordinamus, quod D.ni Gastaldiones, et officiales dicte scolle quintadecima die ante festum S. Liberalis, in qua fieri debet universale Capitulum dicte scolle unam missam ad honorem Sp. S.ci faciant celebrari. Qui corda eorum, et omnium confratrum sua divina clementia illuminet, et illustret, ut ipsi eligere valeant in off. bonas, ydoneas, et sufficientes personas ad eiusdem scolle officia exercenda.

Insuper iniungentes, quod Not. dicte scolle superscripta die coram omnibus confratribus dicte scolle in dicto Capitulo existentibus tenentur, et debent legere statuta et ordinationes predicte scolle, et ipsas, seu ipsa vulgariter declamare.

XV. R/.ca de Missa Mortuorum.

Firmamus, quod sicut una missa in honore beatissimi Liberalis qualibet tertia dominica cuiuslibet mensis solepniter celebratur: ita die lune immediate sequenti dictam dominicam una missa pro animabus omnium confratrum et sororum defunctorum, omnibus expensis scolle ad dictum altare, plana voce, cereis, et aliis fulcimentis dicte scolle preparatis, debeat celebrari: cui D.ni gastaldiones et officiales antedictae scolle debeant interesse.

XVI. Additio de eodem.

Mandamus, quod infra octo dies proxime venturos post festum gloriosissimi confessoris S.ci Liberalis una missa generaliter pro animabus omnium confratrum, et sororum dicte scolle solepniter celebretur, ad quam omnes confratres, et sorores dicte scolle accedere debeant, et suam tabulellam quilibet eorum tenatur levare secundum ordinem in missa cuiuslibet mensis actenus observatum. Et sub pena in Statuto de levando tabulellam apposita, et contenta: Volentes, quod omnes denarios, quos recipient officiales dicte scolle, dicta die, pro tabulellis levatis, pro animabus omnium confratrum, et sororum dicte scolle inter Xp.i (*sic*) pauperes dividantur, et quod quilibet Pb.r predicte scolle unam missam mortuorum, et omnes alii confratres, et sorores decies paternoster, et decies avemaria pro quolibet pro animabus confratrum, et sororum mortuorum dicere teneantur.

XVII. R/.ca de portando corpora confratrum et sororum ad sepulturam.

Statuimus et ordinamus, quod quilibet frater laycus dicte scolle, cui D.ni gastaldiones et officiales eiusdem scolle precipient, teneatur et debeat portare corpus cuiuslibet confratris et sororis eiusdem scolle ad sepulturam, quum contigerit aliquem ex dicta confraternitate de hoc seculo transmigrare. Et hoc sub pena et in pena quinque sol. par. pro quolibet contrafiente, et qualibet vice effectualiter exigenda.

. . .

XVIII. Rubrica per quot confratres possit et debeat
generale Capitulum dicte scolle congregari.

Congregato Capitulo generali Scolle S. Liberalis, et, ut moris est, solenniter convocato, occasione manutenendi, et observandi Statuta dicte scolle superius declarata, currente anno D.ni Mill.o trecen.o sexagesimo quinto indic.e tertia, die veneris XXVI. mensis decembris, existentibus gastaldionibus providis viris, ser Ottone de Castagnolis Notario, et ser Jo.he quondam ser Manfredi de Baono Civibus Tarvis.: in quo quidem Capitulo interfuerunt sexaginta confratres dicte Scolle, qui verum Capitulum . . .

(- carta 162 tergo; inizia in colonna di sinistra)

qui verum Capitulum dicte scolle constituunt: considerantesque, quod ad dictum Cap.lum tot confratres dicte Scolle non possunt sic de facili congregari, pro majori commodo dicte scolle infrascriptum Statutum, posito partito ad bussulos et ballottas per dictum ser Ottonem gastaldionem de voluntate dicti eius socii, et aliorum suorum consiliariorum firmatum fuit per XLII. confratres dicte scolle concordēs, decemocto vero confratribus in contrarium existentibus, cuius Statuti tenor tale est.

Mandamus, et statuimus, quod generale Cap.lum dicte scolle possit et valeat fieri per 25. confratres dicte scolle ultra DD. Gastaldiones, et officiales dicte scolle in dicto Cap.lo existentes. Et id quod due partes dictorum confratrum facient, et ordinabunt, obtineat perpetuam firmitatem.

Approbatum fuit dictum Statutum coram provido viro D.no principio renaldo de veneciis, existente in dicto Capitulo, milite et socio Nobil. et poten. viri D.ni petri Justiniano de Veneciis pro dominatione ducali Civit. Tarv. honor. pot.is. de ipsius D.ni potestatis licentia, et mandato.

XVIII. Addicio de pacificando discordes et privandi inobedientes,
se pacisci nolentes, de dicta Scolla. R/ca.

Cum pia, et misericors Mater Virgo Dei genetrix semper consuevit congerere clam pio et miseratori filio suo ihesu Xp.o, quo possit in casibus benevole gracie peccatoribus providere; et quia beatissimi Liberalis confessoris amor excellit (sic) omnia dilectionis vincula, vel amoris: ideo, ut suggerat inter confratres dicte scolle votiva dilectio, que dilectos ad invicem innodat et coniungit, ut alter alterius amore, et precibus condescendat semper in omnibus opportunus; addendo Statuto posito in volumine Stat. scolle prelibate Cap.o XII. sub rubrica de pacificando discordes, que incipit, “mandamus quod si aliquis” etc. (usque “expellatur”), confirmando dictum Statutum, et eidem Statuto addendo firmamus, et ordinamus, quod si omnes confratres et consorores coniugati et coniugate, monache, monachi Pb.ri ordinarii, et exordinarii, soluti, solute, juvenes et virgines, vidui et vidue dicte scolle, cuiuscunque condicionis existant, qui sunt, vel in futurum erunt in dicta scolla, qui et que habebunt, seu portabunt aliquam inimicitiam, vel mal.voluntatem contra aliquem; vel aliquem de dicta scolla ex confratribus, vel ex sororibus eiusdem scolle odio et inimicitia habuerit, vel in peccato luxurie notorio existent mortali, postquam ipsi tales sic odium et inimicitiam ferentes vel in peccato mortali (sic) luxurie notorio existentes, et gastaldionibus, et officialibus dicte scolle manifestati fuerint, ter per gastaldiones, et officiales, qui sunt, vel pro tempore erunt in futurum debeant moniri, et corrigi, et reduci ad pacem perfectam, gratiam et amorem, et ad faciendum ad invicem pacisci, et ad veniam de non stando in peccatis luxurie notoriis, intelligendo tam de viris, et uxoribus, constante inter eos legitimo matrimonio, in quibus divorcium fieri juxta rationem non posset, in istis odio, et mala voluntate et peccato existentibus, et insimul non valentibus conversare; quam de concubinis cum Pb.ris in peccato mortali luxurie existentibus.

Et transactis dictis terminis, in quibus illi . . .

(continua in colonna destra)

illi tales confratres, et sorores dicte scolle meniti (sic) fuerit, . . .

illi et ille fratres et sorores dicte scolle inobedientes dictis gastaldionibus, et officialibus, et nolentes se concordare, et pacificare cum illis, quos et quas odio, et mala voluntate habent, habuerint, vel habebunt, vel de dicto peccato mortali luxurie notorio mortali resistere (sic) (*sopra, corregge: leg. rescipiscere*) noluerint penitus debeant cassari, cancellari, et aboleri de dicta scolla; et quod nunquam possint, neque debeant amplius recipi in dicta scolla, neque debent iri ad sepulturam predictorum sic privatorum per fratres dicte scolle.

Et quod omnes in illo suprascripto actu peccati mortalis luxurie (*parola cancellata*) notorio luxurie, pacis et concordie fiende predicti odio et mala voluntate existentes, et dictis Gastaldionibus dicte scolle inobedientes, et obedire nolentes postquam muniti (sic) erunt, ut supra, debeant in missa solepni S. Liberalis, que celebratur ante suum Altare tercia die Dominica cuiuslibet mensis pro dicta scolla ad honorem S. Liberalis post predicationem, seu oblationem fiendas in dicta Missa, omnibus confratribus et sororibus dicte scolle in missa existentibus, et audire volentibus per unum Pb.rum ex confratribus dicte scolle debeant publicari, et notificari ipsos tales confratres, et tales sorores, ex confratribus, et sororibus dicte scolle, vel in peccato luxurie notorio mortali existentes, qui et que postquam ter muniti (sic) et fuerint correcti per gastaldiones, et officiales, et predicti inobedientes noluerint se pacisci, et ad invicem concordari, et reduci ad pacem, et concordiam, et a peccato mortali notorio luxurie resistere (sic) noluerint, esse de dicta scolla privatos, et cancellatos, privatas, et cancellatas, et ipsos, et ipsas nunquam posse et debere recipi in dicta scolla per gastaldiones dicte scolle, neque valeat precipi, quod dicta scolla, seu confratres, et sorores dicte scolle debeant ire ad sepulturas predictorum, et predictarum sic talibus (sic) privatorum, et privatarum, sub pena et in penam centum soldor. den.r parv. pro quolibet gastaldione et officiale contrafacientibus, et qualibet vice applicanda scolle predicte totiens quotiens contrafecerit.

Anno mill.o trecen. sexagesimo quinto indic. tercia, die martis XXII. mensis julii. Convocato et solemniter congregato Capitulo scolle S. Liberalis prelibate, ut moris est, in quo quidem Capitulo interfuerunt due partes, et ultra, addendo suprascripto Statuto in suprascripta additione per ordinem de verbo ad verbum scripto per modum Statuti, statutum et approbatum fuit dictum suprascriptum Statutum additum in omnibus suprascriptis suis clausulis, posito partito ad bussolos, et balottas per XXXVIII. confratres concordēs, decem aliis ex confratribus discrepantibus.

Coram provido, et discreto viro D.no Bysino MalaCapella de Vicentia socio, et milite Nob. et potentis Viri D.ni Marci de priolis de ducali mandato Civit. Tar. honor. Pot.is¹ existentibus gastaldionibus eiusdem scolle providis viris, ser Johanne de Adelmario, et Jacobo de Clarello notariis, et sapientibus D.nis Pb.ris Blandino, Albertino, et ser Nesio de Cusignana, et asevolo de adelmario Notariis, existentibus auditoribus, Johanne de Salomone, Zanetto barberio; existente Notario Bonapacio condam Rigi not. existente Massario Johanne filio Magistri Laurentii, et Bartholomeo de Mabello existente Decano.

(*settimo fascicolo - carta 163; inizia in colonna di sinistra*)

XX. de domo emenda et scollis fiendis et mag.ro et Scollaribus retinendis sumptibus et expensis, victus, et vestitus dicte Scolle. R/ca.

Item quod cum debita ratione dignus honore concernitur, qui docet alios, et informat, ut ad honoris premia proventur, et literali scientia circumspēcti per respectum ad alios perfectiores habentur, et magis integri reputantur, et quia grammatica est scientiarum omnium fundamentum: ideo qui promovit in illa discipulos, quia promovisse videtur eosdem ad omnia principia facultatum, cum tanta et talia ad presens adsint hospitalia in Civit. Tarvis.; et doctorum nimia paupertas anotescat:

Statuimus, et ordinamus, quod per gastaldiones et officiales dicte scolle e (sic) de denar. ipsius scolle ematur una Domus, que nominetur Domus scolarium scolle S. Liberalis de Tar. . . .

¹ (*a lato, in mezzo al foglio, tra le due colonne*) 1365. Podestà Marco Priuli.

in qua domo retineatur unus vullens et sapiens magister peritus in grammaticalibus cum sex vel octo Sclaribus, qui eos in dicta domo debeat retinere, et eos docere in grammaticalibus, omnibus sumptibus et expensis dicte scolle, et quod dictus Mag.r habeat competens salarium. Et quod nullus alius debeat recipi in dicta domo ad perficiendum, nisi fuerit de Civit. Tar. et districtu; ratione propria, ad hoc ut possimus perlegentes meliores Pb.ros et Notarios in hac trivisina Civitate per habere, et qui ad majora valeant pervenire.

Et sic in futurum, secundum quod predicta scolla ad majora pervenerit, plures alios scolares in dicta domo dicti D.ni Gastaldiones valeant ponere, et retinere; secundum dicte scolle facultates; et hoc de bonis acquirendis, et que fient dicte scolle, in hiis aliquos ex confratribus dicte scolle nec mulctando nec aggravando.

Mill.o III.c LXV. indictione tercia die martis XXII. iullii. approbatum fuit dictum Statutum in omnibus suis clausulis suprascriptis per XXXII. confratres dicte scolle concordēs, quinque vero in contrarium existentibus, posito partito ad busulos et balotas per dictum ser Johannem gastaldionem in Capitulo dicte scolle convocato solepniter, congregato in loco consueto, ut moris est; coram provido et discreto viro Magistro Bisino Malacapella de Vincetia milite, et socio nobilis, et potentis Viri D. Marci de priolis de Veneciis de ducali mandato Civit. Tar. honor. pot.atis, sub gastaldia providorum virorum ser Jacobi de Clarello Not., et ser Jo.his de adelmario Not. existentibus consiliariis DD. Pb.ris Blandino, et Albertino, providis viris ser Desio de Cusignana, et asevolo de adelmario Not. Auditoribus vero condenpnacionum ser Johanne de Salomone, et Magistro Zannetto barberio, existente No. dicte scolle ser Bonapasio Not. q. Rigi Not. Massario dicte scolle existente Johanne Ser Laurentii draperii grisorum, Bartholomeo de Mabelo existente Decano.